

246,
22—28

veraciter timuisset, pontes aquarum, artitudines viarum facillime cum paucis hominibus conclusisset, quod adventum regis diutissime distulisset. Cum autem rex Romanorum ad filiastrum suum ducem Bavarie^{m)} ¹⁶⁰⁾ pervenisset ¹⁶¹⁾, ab eo reverenter suscipitur et ei suisque necessaria habundanter et voluntarie ministrantur. Composuit eciam ipse rex Romanorum cum dominis diversis, ut ipsorum permetterentⁿ⁾ terras libere pertransire. Cum hec ad aures regis pervenisset Bohemorum, doluit multum congregatoque exercitu venit ad regem Romanorum prope Viennam, ut eum de suis finibus extirparet. Sed non potuit, quia regis Bohemie congregacio ex una parte Danubii morabatur, regis autem exercitus^{o)} Romanorum ex alia parte Danubii requievit. Rex Bohemie totam suam fiduciam in civitatem, que Neuwbург¹⁶²⁾ dicitur, posuerat, eo quod inexpugnabilis videretur. Est enim civitas ista in monte posita forti muro, turribus multis circumdata. In hanc rex Bohemos multos ad custodiendum^{p)} miserat eisque victualia plurima ministrabat. Ordina-verat eciam idem rex, ut si vicina civitas pugnaretur a rege Romanorum, quod civitas Neuwenburg ei in omnibus necessaria ministraret et si Viennis se traderet regi Romanorum, quod rex Bohemie ipsos per civitatem Neuwenburg atrociter inpugnaret. Cogitaverat enim rex Bohemie per ipsam totam terram Austrie possidere.]

fol. 184r

De civitatis^{q)} Neuwenburg expugnatione

246,
37—247, 6

Rex Bohemie terram Bavarie, Carintie, Carneole, Stirie plurimis annis in possessione quieta possederat. Comite autem Rüdolpho de Habsburg electo in regem Romanorum scrutatur rex Bohemie diligenter a fratribus predicatoribus et minoribus eciam ab aliis, qui statum eius cognoscere credebantur, condiciones eius. Dixit autem ei frater ordinis predicatorum nomine Rüdingerus, graciosus in predicatione, vir probus, honestus et verax habensque comitis Rudolphi noticiam specialem: Domine rex, si licenciam michi dederitis et indignari nolueritis, statum terre sue vobis refferam et persone. Tunc rex Bohemie dixit: Dic, quid vis, et propter hoc tuum me non sencies inimicum. Tunc frater Rū-

^{m)} ad filiastrum — Bavarie

Korrekturzusatz

ⁿ⁾ *Hs.* permetterent

^{o)} *Hs.* exercitus

^{p)} *Hs.* custodiendam

^{q)} *Hs.* civitate

¹⁶⁰⁾ *Heinrich I. von Niederbayern, geb. 19. 11. 1235, Herzog 1253, gest. 3. 2. 1290.*

¹⁶¹⁾ *Sept. 1276.*

¹⁶²⁾ *Klosterneuburg bei Wien. Die Aktion Ottokars fällt in den Okt. 1276. Vgl. RI, Nr. 610 b.*